& qui dimissam a uiro ducit moechatur ;
dixit discipulis suis
Homo quidam erat diues & induebatur pur
pura & bysso & epulabatur cotidie splen
dide; & erat quidam mendicus nomine laza
rus qui iacebat ad ianuam ei ulceribus
plenus; cupiens saturari de micis quae cade
bant de mensa diuitis; sed & canes ueni
bant & lingebant ulcera eius; factum est autem
ut moreretur mendicus & portaretur ab an
gelis in sinum abrahae; mortuus est autem
& diues & sepultus est in infernum ; ele
uans autem oculos suos cum esset in tor
mentis uidebat abraham a longe & lazarum
p sinum abrahae requies intellegitur
in sinu eius; & ipse clamans dixit; pater abra
ham miserere mei & mitte lazarum ut intin
ł membrum
guat extremum digiti sui in aqua ut refri
geret linguam meam quia crucior in hac
flamma; & dixit illi abraham ; fili recorda
re quia recepisti bona in uita tua & lazarus
similiter mala; nunc autem hic consolatur
tu uero cruciaris; & in his omnibus inter
ł spacium
nos & uos chaos magnum firmatum est ut
hi qui uolunt hinc transire ad uos non pos
i. transire
sint neque inde huc transmeare; & ait ro
go ergo te pater ut mittas eum in domum
patris mei; habeo enim quinque fratres ut
testetur illis ne & ipsi ueniant in locum
hunc tormentorum; & ait illi abraham;
habent mosen & prophetas audiant illos;
at ille dixit; non pater abraham sed si quis
ex mortuis ierit ad eos paenitentiam agent;
ait autem illi; si mosen & prophetas non audi
unt neque si quis ex mortuis surrexerit
credent ; Et ad discipulos suos ait; impossibi
le est ut non ueniant scandala uae autem